



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christophori Gillii, Ex Brigantio Lvsitaniæ, Societatis
Iesv, Et in Conimbricensi Academia S. Theologiae
Professoris; Commentationvm Theologicarvm De Sacra
Doctrina, Et Essentia atque vnitade ...**

Gil, Christovão

Coloniae Agrippinae, 1610

Licenca Da Inqvisicam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82291](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82291)

APPROBATIO OPERIS.

EX mandato supremæ Inquisitionis Senatus studioſa voluptate perlegi Theologicarum Commentationum primam partem de ſacra doctrina, & vnitate Dei, Auctore ſapientiſſimo Patre Chriſtophoro Gillio Doctore Theologo è Societate Ieſu, & in Conimbricenſi Academia Theologiæ Profeſſore, in duos libros diuiſam, in quibus nihil eſt, quod Orthodoxæ fidei integritati, ſanctorum Patrum doctrinæ, & Chriſtianis moribus egregiè non conſonet: elucet præterea feliciffimum auctoris ingenium in ſacræ Scripturæ locis enodandis, eruditio in ſanctorum Patrum, Doctorumque placitis referendis, ſubtilitas in theologicis difficultatibus expediendis, vt omittam ſententiarum grauitatem, ſtyli felicitatem, pietatis, ac religionis ſtudio, quibus opus maximè effloreſcit: Accedit multarum rerum noua inuentio, & acuta explicatio, elegans ac diſtincta diſpoſitio: quæ omnia auctori propria hoc præclariffimū opus digniſſime commendant, teſtanturque Conimbricenſis Academia miram ſapientiam, ac Societatis Ieſu familiam exornabunt. Quapropter opus dignum cenſeo, quod ad vtilitatem Reip. Chriſtianæ, ac præcipuè Theologiæ ſtudioſorum quàm primum typis excuſum in lucem prodeat. Oliſipone in Cœnobio D. Franciſci d'Enxobregas die 8. Nouembris, Anno Domini 1606.

Fr. Ludouicus ab Angelis.

LICENCA DA INQVISICAM.

Vista a informacam podesse imprimir esta primeira parte de ſacra Doctrina, & vnitade Dei, E depois de impressa torne a este conſelho para ſe conſeruir com o original, E dar licenca para correr, e ſem ellanado correr. Em Lisboa à 17. de Nouembro, de 1606.

Marcos Teixeira. Bertolameo da Fonſeca.

Ruy Piz. da Veiga.

EGO Antonius Mascaregnas Prouincialis Societatis Ieſu in Luſitania, Epoteſtate mihi facta à Reuerendo admodum Patre Claudio Aquauia Præpoſito noſtro Generali, facultatem concedo, vt prima pars Commentationum Theologicarum edita à Patre Chriſtophoro Gillio noſtræ Societatis, ſacræque Theologiæ in Conimbricenſi Academia Profeſſore, & eiufdem Societatis grauium, Doctorumque hominum iudicio approbata typis mandetur; in quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, Sigilloque noſtro munitas dedimus Olyſipone quinto Kal. Iunij, Anno 1607.

Antonius Mascaregnas.